



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1861

XIII. Erzbischof Rudolph von Magdeburg vergleicht sich mit dem
Tempelorden über dessen im Lande Lebus diesseits der Oder gelegene
Güter, am 3. Mai 1253.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55508](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55508)

XII. Paps Innocenz IV. trägt dem Bischofe von Havelberg auf, die Abtretung der Zehnten gegen bestimmte Geldhebungen, welche der Bischof von Lebus an die Markgrafen von Brandenburg vorgenommen, zu untersuchen und nach Befinden zu bestätigen, am 2. Mai 1253.

Innocentius IV. etc., Episcopo Auelbergenfi. Dilecti filii, nobiles viri, Joannes et Otto, Marchiones Brandeburgenfes, nobis significare curarunt, quod Venerabilis frater noster Episcopus et dilecti filii Capitulum Lubufenfe, quasdam decimas ad Ecclesiam Lubucensem spectantes pro certa pecunie quantitate, ab iisdem Marchionibus ipsis Episcopo et Capitulo annis singulis perfoluenda, perpetuo concesserunt ad formam, prout in litteris exinde coniectis dicitur plenius contineri; Quare dicti Marchiones concessionem huiusmodi apostolico roborari munimine humiliter petierunt. De tua itaque circumspectione plenam in Domino fiduciam obtinentes mandamus, quatinus auctoritate nostra per te uel alium super hiis ita prouideas, uel ordines inter partes, quod earum in hac parte uoto et commodo satisfiat, prout secundum Deum uideris expedire, et quod ordinatum fuerit uel prouisum statuas inuolabiliter obseruandum, Contradictores etc. Non obstante si aliquibus sit indultum, quod excommunicari, suspendi uel interdicti non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam, ac de uerbo ad uerbum de indulto huiusmodi mentionem. Datum a fisis, VI. Nonas May, anno Decimo.

Nach einer Abschrift aus dem Vaticanischen Geh. Archive. Epist. Innoc. IV. Ann. X., Ep. 652, II.

XIII. Erzbischof Rudolph von Magdeburg vergleicht sich mit dem Tempelorden über dessen im Lande Lebus dießseits der Oder gelegene Güter, am 3. Mai 1253.

Rudolfus, dei gratia sancte Magdeburgenfis ecclesie electus totumque eiusdem ecclesie capitulum — — recognoscimus — — quod omnia que uenerabilis pater dominus Conradus, Misnenfis episcopus, super diffensione, que super bonis in terra lubus citra oderam inter nos et fratres militie templi fuit, est arbitratus, statuit uel precepit, compleuimus bona fide et irrefragabiliter perpetuo uolumus et promissimus obseruare. Et ut ipsis fratribus et omnibus eorum posteris eo certior fides fiat, ipsos munimus his nostris litteris sigillorum nostrorum munimine roboratis. Insuper testes sunt canonici maioris ecclesie Albertus, prepositus etc. — — Fratres militie empli Magister Henricus, frater Johannes de Zopolowe, frater Tiderus, frater Widekinus, frater Sifridus de Anvorde, frater Gerardus de Rene, Henricus de Richowe, Aduocatus in Lubus, Ericus de Borch et alii quam plures. Datum Magdeburg, Anno gratie M°. CC°. Quinquagesimo Tercio, quinto nonas May.

Wohlbrück I, 180.